

La *securitas* in Seneca tra "*certitudo*" e indifferenza epistemica

T1 Cic. Acad. Post. 41-42 (VARRO): ille phantasiae nos uisum appellemus [...] ad haec quae uisa sunt et quasi accepta sensibus assensionem adiungit animorum, quam esse uult in nobis positam et uoluntariam. uisis non omnibus adiungebat fidem sed is solum quae propriam quandam haberent declarationem earum rerum quae uiderentur; id autem uisum cum ipsum per se cerneretur, comprehensibile - feretis haec?». (ATTICUS): «nos uero» inquit; «quonam enim alio modo katalepton diceres?». (VARRO): «Sed cum acceptum iam et approbatum esset, comprehensionem appellabat [...] Quod autem erat sensu comprehensum id ipsum sensum appellabat, et si ita erat comprehensum ut conuelli ratione non posset scientiam, sin aliter inscientiam nominabat; ex qua existebat etiam opinio, quae esset imbecilla et cum falso incognitoque communis. sed inter scientiam et inscientiam comprehensionem illam quam dixi collocabat, eamque neque in rectis neque in prauis numerabat, sed soli credendum esse dicebat. E quo sensibus etiam fidem tribuebat, quod ut supra dixi comprehensio facta sensibus et uera esse illi et fidelis uidebatur, non quod omnia quae essent in re comprehenderet, sed quia nihil quod cadere in eam posset relinqueret, quodque natura quasi normam scientiae et principium sui dedisset unde postea notiones rerum in animis imprimerentur; e quibus non principia solum sed latiores quaedam ad rationem inueniendam uiae reperiuntur. errorem autem et temeritatem et ignorantiam et opinionem et suspicionem et uno nomine omnia quae essent aliena firmae et constantis assensionis a uirtute sapientiae remouebat.» (VARRO): *ce qu'il nomme phantasiae, et que nous pouvons appeler représentation [...] A ces objets aperçus, et en quelque façon reçus par les sens, correspond l'affirmation de l'esprit, affirmation qu'il prétend être en notre puissance et dépendre de notre volonté. Cet assentiment n'est pas accordé à toutes les représentations, mais à celles-là seules qui dénotent, par un certain tour exact, leur correspondance aux objets réels qu'elles font connaître. Une telle représentation, considérée en elle-même, est ce qu'il nommait le compréhensible. Me passerez-vous cette expression? (ATTICUS): Certainement. Par quel autre terme pourriez-vous traduire katalepton? (VARRO): Mais reçue et approuvée par l'esprit, elle devenait la compréhension [...] Ce qui avait été saisi par les sens, s'appelait sensation; et si la compréhension était assez forte pour que la raison n'eût point de prise sur elle, c'était la science; sinon, l'incertitude, d'où naissait l'opinion, dont le caractère est la faiblesse, et qui ressemble beaucoup à l'ignorance et à l'erreur. Entre la science et son opposé, il plaçait cette compréhension dont je parlais, qu'il déclarait n'être, de sa nature, ni bonne ni mauvaise, mais dont il faisait l'unique fondement de notre créance. C'est pourquoi il maintenait l'autorité des sens, dont les perceptions, comme je l'ai dit, lui paraissaient vraies et fidèles; non pas qu'elles fussent une représentation complète de leur objet, mais parce qu'elles comprenaient exactement tout ce qui pouvait entrer en elles, et parce que la nature nous les avait données comme un type de science et un premier linéament d'elle-même, d'où les notions des choses pussent sortir ensuite et se graver dans l'esprit. Ces notions ne nous apprennent pas seulement quels sont les éléments du monde, mais nous ouvrent des routes bien plus larges pour en connaître le vrai système. Quant à l'erreur, aux préjugés, à l'ignorance, aux opinions, aux soupçons, en un mot à tous les modes de connaissance qui ne sont pas la ferme et inébranlable conviction, Zénon les regarde comme inconciliables avec la vertu et la sagesse.*

T2 Sen. Ep. 88, 43-46 Audi quantum mali faciat nimia subtilitas et quam infesta ueritati sit [...] Circa eadem fere Pyrrhonei uersantur et Megarici et Eretrici et Academici, qui nouam induxerunt scientiam, nihil scire [...] hi spem omnis scientiae eripiunt [...] hi oculos mihi effodiunt [...] Quid ergo nos sumus?

quid ista quae nos circumstant, alunt, sustinent? *Ecco quanto male l'eccessiva sottigliezza può fare e quanto grave danno possa arrecare alla verità [...] Questa è all'incirca l'opinione dei pirroniani, dei megarici, degli eretici e degli accademici, che hanno introdotto una nuova scienza: non sapere nulla [...] quei filosofi mi tolgono ogni speranza di arrivare a sapere qualcosa [...] mi cavano addirittura gli occhi [...] Che siamo noi dunque? Che sono queste cose che ci stanno attorno, che ci alimentano e ci sostengono?*

T3 Sen. Nat. Quaest. VI 3, 2 Nobis autem ignorantibus uerum omnia terribiora sunt, utique quorum metum raritas auget: leuius accidunt familiaria, at ex insolito formido maior est. Quare autem quicquam nobis insolitum est? Quia naturam oculis, non ratione, comprehendimus. *Per noi poi che non sappiamo la verità, ogni fatto è più terribile, specialmente quei fenomeni la cui rarità è motivo di più grave terrore: i fenomeni che ci sono familiari non ci fanno quasi impressione, ma quando un fenomeno è insolito la paura è più grande. Ma perché qualcosa è per noi insolito? Perché noi afferiamo la natura cogli occhi e non coll'intelletto.*

T4 Sen. Nat. Quaest. I 3, 11 Illud dubium esse nulli potest, quin arcus imago solis sit roscida et caua nube concepta. Quod ex hoc tibi appareat: numquam non aduersa soli est[...] in contrarium mota... *Questo non può essere dubbio per nessuno: che l'arcobaleno sia un'immagine del sole che ha origine da una nube rugiadosa. E questo ti sia chiaro dalle seguenti osservazioni: l'immagine è sempre opposta la sole[...], si muove in senso inverso...*

T5 Sen. Nat. Quaest. I 3, 3 Huius rei causam in umore esse ne dubitaueris [...] sed quaeramus, quemadmodum fiat. *Non dubitare che la causa di questo fenomeno si trovi nel liquido [...] ma esaminiamo in che modo avvenga.*

T6 Sen. Nat. Quaest. I 4, 1 Rationes, quae non persuadent sed cogunt, a geometris aferuntur, nec dubium cuiquam relinquunt. *I geometri avanzano dimostrazioni che non solo sono convincenti ma inoppugnabili ed a nessuno lasciano il dubbio.*

T7 Sen. Nat. Quaest. I 3, 14 In aliis rebus uaga inquisitio est, ubi non habemus, quod manu tenere possimus, et late coniectura mittenda est. *Per altri fenomeni quando non siamo in grado di toccarne con mano le cause, l'indagine è incerta e il campo delle congetture è necessariamente esteso.*

T8 Sen. Nat. Quaest. VII 29, 3 Quae an uera sint, dii sciunt quibus est scientia ueri; nobis rimari illa et coniectura ire in occulta tantum licet, nec cum fiducia inueniendi nec sine spe. *Se esse siano vere lo sanno gli dei che posseggono la scienza della verità, a noi è soltanto consentito gettare, per così dire, uno sguardo attraverso una fessura e muovere verso il mistero per via di congettura, né con la certezza di trovare la verità né senza speranza di trovarla.*

T9 Sen. Nat. Quaest. IV 5, 1 si omnia argumenta ad obrussam coeperimus exigere, silentium indicetur: pauca enim admodum sunt sine aduersario; cetera, etiamsi uincunt, litigant. *Se cominciassimo a soppesare tutte le argomentazioni col bilancino, saremmo condannati al silenzio: sono veramente poche infatti quelle che non hanno avversari; non si sottraggono alle liti.*

T10 Sen. Nat. Quaest. I 1, 9 Veri ergo simile est talem materiam inter nubes congregatam facile succendi et minores maioresue ignes existere, prout plus illis fuit aut minus uirium. Illud enim stultissimum, existimare aut decidere stellas aut transilire... *E' dunque verosimile che tale materia addensata nel corpo delle nubi si inneschi facilmente e ne scorghino fuochi più o meno grandi, a seconda della maggiore o minore forza interna ad esse. Sarebbe infatti molto irragionevole pensare che le stelle possano cadere o solcare l'orizzonte..*

T11 Sen. De Ben. IV 33 Ingrato ergo aliquando quaedam, sed non propter ipsum dabo. Quid si, inquit, nescis, utrum gratus sit, an ingratus? expectabis donec scias, an dandi beneficii tempus non amittes? [...] nunquam expectare nos certissimam rerum comprehensionem: quoniam in arduo est ueri exploratio; sed ea ire, qua ducit ueri similitudo. Omne hac uia procedit officium; sic serimus, sic nauigamus, sic militamus, sic uxores ducimus, sic liberos tollimus: quum omnium horum incertus sit euentus. [...] Sequimur qua ratio, non qua ueritas trahit. *Je ferai du bien à un ingrat, mais non pas*

pour lui-même. Que ferez-vous, dit-on, quand vous ne saurez pas s'il est ingrat ou reconnaissant? attendrez-vous que vous le sachiez [...] jamais nous ne devons attendre une certitude absolue, parce que rien n'est plus difficile que la recherche du vrai mais nous devons prendre la voie qui offre le plus de vraisemblance. C'est la marche de tous les devoirs : c'est d'après cette règle que nous ensemençons, que nous naviguons, que nous faisons la guerre, que nous prenons femme, que nous élevons nos enfants, quoique pour tous ces actes l'événement soit incertain.[...] Nous nous laissons guider par la raison, plutôt que par l'évidence.

T12 Sen. Ep. 89, 1 Rem utilem desideras et ad sapientiam properanti necessariam, diuidi philosophiam et ingens corpus eius in membra disponi; facilius enim per partes in cognitionem totius adducimur. Utinam quidem quemadmodum uniuersa mundi facies in conspectum uenit, ita philosophia tota nobis posset occurrere, simillimum mundo spectaculum! [...] Sed quia contingere hoc non potest, est sic nobis aspicienda quemadmodum mundi secreta cernuntur. *Desideri una cosa utile e necessaria a chi vuol raggiungere presto la saggezza, che la filosofia sia divisa ed il suo gran corpo sia distinto in membra: giacché attraverso le parti più facilmente riusciamo a conoscere il tutto. Oh se, come si offre al nostro sguardo il cielo tutto quanto, così potesse presentarsi alla nostra mente la filosofia tutta intera, dandoci uno spettacolo molto simile a quello dell'universo! Ma poiché ciò non può accadere, dobbiamo considerarla come si osservano separatamente le varie parti dell'universo.*

T13 Sen. Ep. 90, 28 [sapientia] Haec eius initiamenta sunt, per quae non municipale sacrum sed ingens deorum omnium templum, mundus ipse, reseratur, cuius uera simulacra uerasque facies cernendas mentibus protulit; nam ad spectacula tam magna hebes uisus est. *Ecco ciò a cui ci inizia la sapienza dischiudendoci non il santuario di una qualsiasi città, bensì il vasto tempio di tutti gli dèi, il cielo stesso, di cui le vere immagini ed i veri aspetti essa presentò allo sguardo della nostra anima; giacché la vista è troppo debole per spettacoli troppo grandiosi.*

T14 Sen. Ep. 94, 42-43 «Quorsus» inquis «hoc pertinet?» Aequae praecepta bona, si saepe tecum sint, profutura quam bona exempla. Pythagoras ait alium animum fieri intransibilibus templum deorumque simulacra ex uicino cernentibus et alicuius oraculi operientibus uocem. Quis autem negabit ferri quibusdam praeceptis efficaciter etiam inperitissimos? uelut his breuissimis uocibus, sed multum habentibus ponderis: «Nihil nimis». «Auarus animus nullo satiatur lucro». «Ab alio expectes, alteri quod feceris». *A che mira, tu dici, ciò? I buoni precetti, se spesso ti verranno alla mente, ti saranno utili non meno dei buoni esempi. Pitagora afferma che l'animo di chi entra in un tempio ed osserva da vicino le statue degli dèi ed attende il responso di un oracolo si trasforma. Chi poi negherà che anche gli uomini più rozzi sono efficacemente colpiti da certi precetti? come per esempio da questi detti brevissimi, ma ricchi di profondo significato: «Niente di troppo». «Nessun guadagno riesce a saziare l'animo dell'auaro». «Aspettati da altri ciò che ad altri hai fatto».*

T15 Sen. Ep. 115, 6-7 Sed si, quemadmodum uisus oculorum quibusdam medicamentis acui solet et repurgari, sic nos aciem animi liberare inpedimentis uoluerimus, poterimus perspicere uirtutem etiam obrutam corpore, etiam paupertate opposita, etiam humilitate et infamia obiacentibus; cernemus, inquam, pulchritudinem illam quamuis sordido obtectam. *Ma se noi, come siamo soliti rendere più acuta e più limpida la vista con certe medicine, così cercheremo di liberare lo sguardo dell'anima da ogni impedimento, ci sarà possibile scorgere la virtù anche avvolta nel corpo, anche se la povertà, la bassa condizione e l'onta la velenano. Vedremo, dico, quella bellezza anche sotto le più squallide spoglie.*

T16 Sen. Ep. 94, 19; 27 Non opus est exhortatione, ne consilio quidem, ut colorum proprietates oculus intellegat; a nigro album etiam nullo monente distinguet. Multis contra praeceptis eget animus ut uideat quid agendum sit in uita [...] «Si dubia sunt» inquit «quae praecipis, probationes adicere debebis; ergo illae, non praecepta proficient». Quid quod etiam sine probationibus ipsa monentis auctoritas prodest? sic quomodo iurisconsultorum ualent responsa, etiam si ratio non redditur. Praeterea ipsa quae praecipuntur per se multum habent ponderis, utique si aut carmini intexta sunt aut prosa oratione in sententiam coartata, [...] «tempori parce», «te nosce». Numquid rationem exiges cum tibi aliquis hos dixerit uersus?: «Iniuriarum remedium est obliuio». «Audentis fortuna iuuat, piger ipse sibi opstat». Aduocatum ista non quaerunt: adfectus ipsos tangunt et natura uim suam exercente

proficiunt. Non c'è bisogno di esortazioni né di consigli perché l'occhio apprenda le proprietà dei colori; egli distinguerà il bianco dal nero anche se nessuno glielo insegna. Invece l'animo ha bisogno di molti consigli per discernere i doveri che gli impone la vita [...] «Se i tuoi precetti non sono sicuri» dice «dovrai fornire prove sicure dunque saranno utili le prove e non i precetti». Ma anche senza le prove giova la stessa autorità di chi ammaestra; come hanno valore i pareri dei grandi giuristi, anche quando non se ne dà la spiegazione. Inoltre i precetti non hanno per sé molto valore, specialmente se sono racchiusi in un verso o compendiatamente in belle massime [...] «Risparmia il tempo, «Conosci te stesso». Forse che esigerai chiarimenti quando uno ti avrà detto questi versi? «Rimedio alle offese è l'oblio», «La fortuna aiuta gli audaci, il pigro è di ostacolo a se stesso». Queste sentenze non hanno bisogno di chi ne fornisca la prova: toccano il sentimento e sono utili, perché in esse si manifesta la forza della natura.

T17 Sen. De Clem. I 13, 2 Hoc enim inter cetera uel pessimum habet crudelitas: perseuerandum est nec ad meliora patet regressus; scelera enim sceleribus tuenda sunt. Quid autem eo infelicius, cui iam esse malo necesse est? *La crudeltà infatti fra tutti gli altri suoi difetti ha questo come peggiore: si deve insistere su questa linea ed è precluso il ritorno a una condotta migliore; le atrocità bisogna infatti difenderle con ulteriori atrocità. Che cosa c', d'altra parte di più infelice di colui che dev'essere cattivo per necessità?*

T18 Sen. De Clem. I 19 5-7 Errat enim, si quis existimat tutum esse ibi regem, ubi nihil a rege tutum est; securitas securitate mutua paciscenda est. 6. Non opus est instruere in altum editas arces [...] Quid pulchrius [...] paulum ualetudo titubauit, non spem hominum excitari, sed metum? Nihil esse cuiquam tam pretiosum, quod non pro salute praesidis sui commutatam uelit? [...] In hoc adsiduis bonitatis argumentis probauit non rem publicam suam esse, sed se rei publicae. [...] sub quo iustitia, pax, pudicitia, securitas, dignitas florent. *Sbaglia chi pensa che il re stia al riparo laddove niente sta al riparo da lui: è per mezzo della sicurezza reciproca che bisogna pattuire quella personale. Non c'è bisogno di costruire delle roccaforti sveltanti verso l'alto [...] Che c'è di più bello [...] del fatto che non è la loro speranza, bensì il timore a essere ridestato se la salute è apparsa un po' malferma? del fatto che per nessuno esiste niente di così prezioso da non volerlo già dato in cambio della salvezza del proprio signore? [...] ha comprovato con incessanti testimonianze di bontà che non è lo Stato ad appartenergli, bensì che è lui ad appartenere allo Stato. [...] sotto la cui direzione prosperano la giustizia, la pace, la decenza, la sicurezza, il prestigio.*

T19 Sen. De Clem. II 3, 1 Clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi uel lenitas superioris aduersus inferiorem in constituendis poenis. *La clemenza è la disciplina dell'animo nella facoltà di castigare ovvero delicatezza di un superiore nello stabilire le pene nei confronti di un inferiore.*

T20 Sen. Ep. 44, 7 Quid est ergo in quo erratur, cum omnes beatam uitam optent? quod instrumenta eius pro ipsa habent et illam dum petunt fugiunt. Nam cum summa uitae beatae sit solida securitas et eius inconcussa fiducia, sollicitudinis colligunt causas et per insidiosum iter uitae non tantum ferunt sarcinas sed trahunt. *Qual'è dunque l'errore in cui si cade, dal momento che tutti desiderano la felicità? L'errore sta nel fatto che gli uomini scambiano i mezzi per il fine, e, mentre cercano la felicità, in realtà la fuggono. Infatti, mentre l'essenza della felicità consiste in una imperturbabile sicurezza e nell'incrollabile fiducia di conquistarla, gli uomini si creano continue preoccupazioni e se le portano con sé, anzi se le trascinano attraverso il cammino della vita, come pesanti bagagli.*

T21 Sen. Ep. 92, 2-3 In nobis ratio perfecta sit. Haec enim sola non summittit animum, stat contra fortunam; in quolibet rerum habitu securos seruat. [...] Quis autem uult constare fortuna aut quis se prudens ob aliena miratur? Quid est beata uita? securitas et perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo, dabit constantia bene iudicati tenax. Ad haec quomodo peruenitur? si ueritas tota perspecta est; si seruatus est in rebus agendis ordo, modus, decor, innoxia uoluntas ac benigna, intenta rationi nec umquam ab illa recedens, amabilis simul mirabilisque. *In noi si trova la ragione perfetta. Infatti questa sola non si abbatte, ma affronta le avversa fortuna: in qualunque circostanza rimane sicura. [...] Nessun saggio pretende che la fortuna sia stabile, o ammira se stesso per i beni che non gli appartengono. Che cos'è dunque la felicità? E' un costante senso di sicurezza e tranquillità e deriva*

da un animo grande che conserva stabilmente un retto giudizio. Come possiamo giungere alla vita felice? Quando abbiamo una completa visione della verità; quando manteniamo nelle azioni l'ordine, la misura, il decoro, il desiderio di astenerci dal male e di fare il bene, la volontà decisamente rivolta a ciò che è ragionevole, uno spirito che si fa amare e, insieme, ammirare.

T22 Sen. Ep. 21, 1 Quid uelis nescis, melius probas honesta quam sequeris, uides ubi sit posita felicitas sed ad illam peruenire non audes. Quid sit autem quod te impediat, quia parum ipse dispicis, dicam: magna esse haec existimas quae relicturus es, et cum proposuisti tibi illam securitatem ad quam transiturus es, retinet te huius uitae a qua recessurus es fulgor tamquam in sordida et obscura casurum. *Non sai con chiarezza quello che vuoi; ti è più facile lodare la virtù che seguirla; vedi dove sta la felicità, ma non osi raggiungerla. E poiché non riesci da solo a distinguere ciò che ti impedisce di progredire te lo dirò io. Tu dai troppa importanza a quello che devi lasciare, e dopo aver vagheggiato la sicurezza che ti proponi di raggiungere, non sai distaccarti dal falso splendore di questa tua vita come se dovessi cadere in una vita bassa e oscura.*

T23 Sen. Ep. 81, 13 Scientia illi potius quam uoluntas desit: uelle non discitur. *Manchi piuttosto la scienza della gratitudine che la volontà di essere grato: la volontà non si impara.*

T24 Sen. Ep. 82, 9 Zenon noster hac conlectione utitur: «nullum malum gloriosum est; mors autem gloriosa est; mors ergo non est malum». Profecisti! liberatus sum metu; post hoc non dubitabo porrigere ceruicem. Non uis seuerius loqui nec morituro risum mouere? Non mehercules facile tibi dixerim utrum ineptior fuerit qui se hac interrogatione iudicauit mortis metum extinguere, an qui hoc, tamquam ad rem pertineret, conatus est soluere. *Il nostro Zenone si serve di questo sillogismo: «nessun male può dare gloria: la morte può dare gloria: dunque la morte non è un male». Mi sei riuscito veramente utile, mi sono liberato dal timore; in seguito non esiterò a porgere il capo al carnefice. Ma non puoi parlare più seriamente e smetterla di eccitare il riso a chi sta per morire? Non saprei dire se sia stato più sciocco chi pensò di distruggere il timore della morte con questa argomentazione o chi cercò di confutarla, come se avesse importanza.*

T25 Sen. Ep. 36, 12 Denique finem faciam, si hoc unum adiecero, nec infantes (nec) pueros nec mente lapsos timere mortem et esse turpissimum si eam securitatem nobis ratio non praestat ad quam stultitia perducit. *E concluderò aggiungendo solo questo: neppure i bimbi e i dementi temono la morte. E' perciò cosa veramente vergognosa che la ragione non sia capace di darci quella sicurezza a cui porta la stoltezza.*

T26 Sen. Ep. 75, 13-14 Secundum genus est eorum qui et maxima animi mala et adfectus deposuerunt, sed ita ut non sit illis securitatis suae certa possessio; possunt enim in eadem relabi. Tertium illud genus extra multa et magna uitia est, sed non extra omnia. Effugit auaritiam sed iram adhuc sentit; iam non sollicitatur libidine, etiamnunc ambitione; iam non concupiscit, sed adhuc timet, et in ipso metu ad quaedam satis firmus est, quibusdam cedit: mortem contemnit, dolorem reformidat. *Appartengono alla seconda categoria coloro che si sono liberati delle più gravi malattie e inclinazioni dell'animo, ma non ne hanno piena coscienza, poiché potrebbero ricadervi. La terza categoria si è liberata di molti e gravi vizi, ma non di tutti. Si è liberata dell'avarizia, ma è ancora soggetta all'ira, ha ormai dominato le passioni dei sensi, ma non ancora l'ambizione; ormai non ha più desideri disordinati, ma ha ancora paura, e questa resiste a certe impressioni ma cede dinanzi ad altre; disprezza la morte, ma si spaventa per il dolore.*

T27 Sen. Ep. 97, 13-16 At bona conscientia prodire uult et conspici [...] Ita est, tuta scelera esse possunt, secreta esse non possunt [...] Multos fortuna liberat poena, metu neminem. Quare nisi quia infixi nobis eius rei auersatio est quam natura damnauit? Ideo numquam fides latendi fit etiam latentibus quia coarguit illos conscientia et ipsos sibi ostendit. *Una buona coscienza volentieri si fa avanti e si offre agli sguardi [...] In realtà il malvagio può stare al sicuro, ma non può sentirsi al sicuro [...] La fortuna può liberare molti dalla pena ma non dalla paura, per l'evidente ragione che noi abbiamo ben radicato in noi un senso di errore per tutto ciò che è condannato dalla natura. Il colpevole anche se sta nascosto non ha mai la certezza di poter restare nascosto, poiché la sua coscienza lo accusa e lo svela a se stesso.*

T28 Sen. Ep. 87, 35 Quae neque magnitudinem animo dant nec fiduciam nec securitatem, contra autem insolentiam, tumorem, arrogantiam creant, mala sunt. *Quelle cose che non producono nell'animo né grandezza né fiducia né sicurezza, ma la contrario provocano insolenza, superbia e arroganza, sono mali.*

T29 Sen. Nat. Quaest. VI 32, 4 Pusilla res est hominis anima, sed ingens res contemptus animae: hanc qui contempsit securus uidebit maria turbati, etiamsi illa omnes excitauerunt uenti, etiamsi aestus aliqua perturbatione mundi totum in terras uertet oceanum; securus aspiciet fulminantis caeli trucem atque horridam faciem, frangatur licet caelum et ignes suos in exitium omnium, in primis suum, misceat; securus aspiciet ruptis compagibus dehiscens solum, illa licet inferorum regna retegantur. Stabit super illam uoraginem intrepidus et fortasse quo debebit cadere desiliet. *Meschina cosa è la vita dell'uomo, ma grande cosa è il disprezzo della vita: colui che l'ha disprezzata, vedrà sicuro i mari in tempesta, anche se saranno sollevati da tutti i venti, anche se la marea per effetto di qualche sconvolgimento della natura riverserà sulla terra l'intero oceano; guarderà sicuro l'aspetto sinistro e orrendo del cielo percorso dai lampi, quand'anche il cielo andasse in pezzi e mescolasse i suoi fuochi per la rovina di tutti e prima ancora la sua; guarderà sicuro il suolo che si squarcia perchè si spezzano i legami che lo tengono unito, quand'anche si dischiudessero gli stessi regni degli inferi. Starà fermo impavido sull'orlo di quella voragine e forse scenderà da sè là dove dovrebbe cadere.*

T30 Sen. De Ben. IV 23 Num dubium est, quin hoc humani generis domicilium circuitus solis ac lunae uicibus suis temperet? quin alterius calore alantur corpora, terrae relaxentur, immodici humores comprimantur, alligantis omnia hiemis tristitia frangatur: alterius tepore efficaci et penetrabili rigetur maturitas frugum? quia ad huius cursum fecunditas humana respondeat? [...] Adspice ista tacito succentu labentia, quemadmodum uelocitatem suam sub specie stantis atque immoti operis abscondant! Quantum ista nocte, quam tu in numerum ac discrimen dierum obseruas, agitur! quanta rerum turba sub hoc silentio euoluitur! quantam fatorum seriem certus limes educit! Ista, quae tu non aliter, quam in decorem sparsa consideras, singula in opere sunt. Nec enim est, quod existimes septem sola discurrere, cetera haerere; paucorum motus comprehendimus: innumerabiles uero, longiusque a conspectu nostro seducti dii eunt, redeuntque. Et ex his qui oculos nostros patiuntur, plerique obscuro gradu pergunt, et per occultum aguntur. Quid ergo? non caperis tantae molis adspectu, etiamsi te non regat, non custodiat, non foueat, generetque, ac spiritu suo riget? *Qui doute que les révolutions périodiques du soleil et de la lune n'aient une influence directe sur le séjour du genre humain; que l'un par sa chaleur n'entretienne les corps, ne féconde le sein de la terre, n'absorbe les eaux surabondantes, et ne brise les tristes entraves de l'hiver; que l'autre, par sa tiédeur efficace et pénétrante, ne fasse mûrir les fruits de la terre? qu'a ses différentes phases ne réponde la fécondité humaine? [...] Regardez rouler dans les hauteurs silencieuses du ciel ces astres qui, sous une immobilité apparente, nous dérobent leur inconcevable vitesse: que de grands effets s'accomplissent dans le cours d'une de ces nuits que vous observez pour distinguer et calculer les jours! que de choses se passent au milieu de ce silence! quelle longue série de destinées se déploie dans les limites d'une seule zone! Et ces mondes, que vous croyez répandus çà et là pour l'ornement ont chacun, leur oeuvre à accomplir. Car il ne faut pas vous imaginer qu'il n'y en ait que sept qui marchent, et que le reste soit attaché à la voûte céleste; notre oeil ne peut saisir le mouvement que d'un petit nombre: mais plus loin, dans des espaces inaccessibles à nos regards, d'innombrables dieux vont et reviennent dans l'espace. Et parmi ceux qu'atteignent nos regards, la plupart suivent une marche mystérieuse, et dérobent leurs mouvements à notre intelligence. Quoi donc! vous ne seriez pas émerveillé du spectacle imposant de ce vaste ensemble, quand bien même il n'y aurait pas là ce qui vous fait mouvoir, ce qui vous protège, ce qui vous donne la vie, ce qui vous conserve, ce qui vous anime de son souffle!*

T31 Sen. Nat. Quaest. VI 2, 2 ratio terrorem prudentibus excutit; imperitis magna fit ex desperatione securitas [...] «una salus uictis nullam sperare salutem». *Per i saggi la ragione toglie ogni timore; gli ignoranti invece trovano grande sicurezza nella loro disperazione [...] «unica salvezza ai vinti nessuna speranza di salvezza».*